



Universitätsbibliothek Paderborn

Vitae Sanctorvm

Lippeloo, Zacharias

Coloniae Agrippinæ, 1604

Vita S. Andreae Corsini, Episcopi Fesulani, Ordinis Carmelitarum. ex ea
quæ est apud Surium, fide dignissimum. Obiit sacer Antistes Anno Domini
1373. ætatis suæ 71. Postquam sedisset annis 12.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42667

simulac ad aures viri sancti lamentabili multorum
clamore percrebuit, ille hominem miseratus, to-
ta mente ad orationem conuersus, defunctum non
modò suscitauit, sed diuina ope, dæmonio etiam liberat.
expiatum, ad sanctioris vitæ institutum induxit.

Mortuum
dæmoniacum
suscitat &
liberat.

Tandem post multa virtutum insignia, mente
iugiter cælo intentus, è præsenti sæculo, ad beatâ
immortalitatem migrauit. Cùm verò sacræ eius
reliquæ ad tumulum deferrent: viri duodecim in
turri quadam vinculis consticti, implorato eius
auxilio, scissa per medium turri, soluti & incolu-
mes exierunt, gaudioq[ue] incredibili exultantes,
sacrum funus comitati sunt.

Moritur vir
sanctus.

Captiui 12.
liberantur
intercessio-
ne eius.

VITA S. ANDREAE CORSINI, EPIS-
copi Fesulan, Ordinis Carmelitarum. ex ea que est
apud Surium, fide dignissimum. Obiit sacer-
Antistes Anno Domini 1373. etatis
suæ 71. Postquam sedisset
annis 12.

Vide ANNE-
tat. Ioannis
Molanji
martyr. Of-
uardi.

ANDREAS Corsinus, Florentiæ ex Corsi. 6. Ianuarij
norum nobili familia, patre Nicolao, ma-
tre vero Peregrina, natus fuit. Quibus cum
nihil antiquius sancta religione esset, primogeni-
tum suum perpetuo D. Virginis seruitio conse-
crare voverunt. Logo enim sterilitatis opprobrio
laborates, singulari Virginis beneficio, Andream
hunc conceperant. Mox igitur optimis litterarum
& morum disciplinis imbutum, parentes incredi-
bili amore prosequabantur: & eximiam, cùm ex
venusta corporis specie, tunc ex præclaris eius vir-
tutum actionibus, voluptatem capiebant. Sed post
quam transmissis puerilibus annis, cupiditati ha-
benas laxare coepit, usque adeo, ut omni spe meli-
oris

Genus eius
Votum pa-
rentum S.
Andreas.

112
Adolescētia oris frugis amissa, maximis scelerum omnium
sius pessima cinoribus contaminaretur, parentes sempitern
ignominia maculam, toti familiæ, ex eius mon
meruebant. Quare vocatum ad se Andream, rati
nibus primum, dein obiurgationibus, ad mellior
frugem reuocare contenduerunt. Sed mente in se
leribus obsfirmata, salutaria eorum monita con
tempsit. Tum genitrix mentis eius pertinacia gra
uiter offensa, in hæc verba prorupit: Profecto in
somnia meum haec tenus inani formidine co
ceptum, veritate ipsa confirmari video. Ego enim
te, fili mi, pro homine, lupum vero gelare vil
sum. Et quid aliud statuere possum, quam lupini
præditum moribus, sub humana forma latenter
confimilem gerere animum?

**Mater eum
increpat.**

**Andreas se
colligit &
resipiscit.**

**Carmelita
zum ample
titur insti
tutum.**

Hac voce perculsus Andreas, secundum tacitus an
teactæ vitæ scelera animo prudenti & modello
recogitare coepit: & Carmelitarum Ecclesiam in
gressus, ante virginis aram multis lachrymis pre
catus est, ut lupinis omnino moribus depositis, a
gninam innocentiam indueret. peractoque longo
orationis studio, recta ad Hieronymum Mello
ratum, virum insigni prudentiæ & pietatis laude
præstantem, Tusciae prouinciaz generalem Propo
stum contendit, petiitque summa animi humili
tate in militiam religionis admitti. Ille ingenu
um adolescentem, summo loco natum, multissi
que educatum delicijs vehementer miratus, pa
rentes eius per nuncium de proposito filij certio
res facit; qui gaudio incredibili repleti, celeri
gradu aduolantes, Andreæ mentem confirmant
fusceptique voti officia perfoluunt. Tum Prior,
ut certius aliquod firmitatis eius experimentum
caperet, vilissima conditionis seruitia ei deman
dauit, quæ omnia tam libenti animo perficiebat,

vt mirum sit eius & obedientiam & humilitatem
referre.

Accidit, vt cæteris prandentibus, Andreæ custo-
dia ianuæ manda retur. Diabolus tantæ humiliati-
inuidens, adolescentem subuertere conatus, præ-
diuitis viri formam accepit, & comitatu ingenti
autem monasterij portam assistens, sibi fores reser-
ri iussit. Andreas hominis importunitatem mira-
tus, quid sibi velle, interrogauit. Cui ille inquit;
Nonne me nosti? Ex cognatione enim tua natus
sum; qui cum audirem te religionem subiisse, i-
niquo animo ferens huc accessi, vt extam turpi vi-
ta conditione, ad pristinas delicias reuocarem. L-
taque iam citè aperi, vt mecum domum pariter
reuerteris. Iam tibi virginem insigni nobilitate,
ingenti dote despousauit pater. Cui Andreas, Nec
vos cognolco, nec nostro quidem sanguine nati e-
stis: qui me quæreritis à tam salubri officio reuoca-
re. Parentes enim antè, quam natus essem, huc me
generunt: ubi humilitatem amplexus, obedientiam
sponfam accepi. Ita hostis ille ianua pulsus
atque denictus constantia puerili, tantum facinus
frustrâ suscepit.

Exacto autem probationis (vt vocant) anno,
cum summa fratrum omnium gratulatione, solé-
nia religionis vota suscepit. Tum ardenter pie-
tatis studio, cunctis suis cupiditatibus bellum in-
sulit. Cibi ac potu mirè parcus, altero quoque
die solo pane & aqua carnem domabat. Obedi-
entiam tanta animi alacritate amplexabatur, vt
vel solo seruitutis nomine, religioni se con-
secrassæ videretur. Nullam temporis partem
otio dabat, solitudinem mira auiditate appe-
tebat. Iniuriarum erat patientissimus; adeò
ut religionis perfectionem, in tolerandis iniu-
rijs

Diabolus &
infidias
fruit.

Professione
facit.

rijs constitueret. Mittebatur, ut moris
mendicatis, per cuius domos pro eleemosynis
accipiendis cumque a suis honorum & diuinitatibus
ria elatis, repullam pateretur, multis sapientibus
bris onustus domum redibat, quod tanta vultus
laritate perferebat, ut nulla re magis quam in
rijs gauderet.

Curat ho-
minem
morbidum.

Ea tempestate Ioannes quidam Corsinus, Lo
po, morbo grauissimo laborabat, qui ut dolor
magnitudinem leuaret, omni ludorum genera
nocteque dieque se exercebat. Huius calamiti
tem miseratus Andreas: Ioannes, inquit, simili
consilijs acquiescis, ego te ab hostinum tuorum in
sidijs liberarum, pristinæ sanitati restituam. Illi
recuperandæ sanitatis desiderio inflammatus, pos
inuitus se facturum, quidquid imperaret, pollici
tus est. Cui Andreas: Est in primus opus, ut peccati
ma hac ludorum consuetudine relicta, octo die
rum ieiuniajs precibusque Virginem Mariam sie
ctere nitaris. Ioannes simplicitate verborum mo
tus, mira deuotione iussa perfecit, & meritis eius
solitam valetudinem est consequutus.

Erat eodem tempore vir nobilis, cuius filia
quam unicam habebat, morbo hecticæ febris la
guens, nulla poterat medicorum arte curari.
Hæc cum prodigia, quæ per virum Dei in dies sic
bant, perciperet, confidenti animo sanitatem spo
ravit, si modò ciborum, qui per manus viri sancti
administrati essent, particeps fieri posset. Audit
filia confidentia pater, summis precibus virum
sanctum ad puellam adduxit; qua instanti eius o
ratione, optatam protinus est salutem consecuta.
Puellam fe
bri liberat.

Iamque in palestra pietatis probè exercitatus, li
terarum disciplinis imbuendus Parisios est defi
natus; ubi triennio haud contempnendam multi
labo

laboribus obtinuit eruditionem. Rediturus vero ad suos, cum per Diutinem patrum Cardinalem visitaturus, iter faceret: hominem utroque orbatum lumine in limine templi illustrauit. A suis omni cum honore & gudio exceptus, paulo post ad Florentini monasterij gubernacula admotus est quæ tanta vita sanctimonia tractauit, ut praeter alia miracula, Carmelitam Pisantum quendam, Venturam nomine, ab hydropsis morbo curauerit.

Fit Prior;

Hydropicu
curat.

Rogatus à quodam familiari, cui puer natus erat, ut sacro fonte expiaret, paruit ille quidem, sed ingenti lachrymarum imbre puerum deplo-
tabat. Patri autem tantarum lachrymarum cau-
sati querenti respondit: Hic puer sibi, torique fa-
miliæ excidio natus est. Pater vero huiusmodi præfigio neglecto, viri Dei verba contempnit. Sed eorum veritatem adulti iam pueri scelerata facinoraque, comprobaverunt. Cum multis namque, facta in Reipub. coniuratione, in iudicium vocatus est, & cognatis quidem ab omni Reipub. admini-
stratione abdicatis: ille tanti sceleris poenam sol-
uit.

Claret pro-
phetæ Spi-
ritu.

Non longè post Fesulanus antistes communis omnium suffragio electus est. at ille ne tantæ dignitatis gradum subire cogeretur, tertio ab urbe milliari apud Carthusenses laritauit. Canonici autem, illò nusquam comparente, de renouanda electione consilium captare. Dumque nutantia corda miserabilitet fluctuant, Spiritus sanctus per os infantis locutus est dicens: Elegit Deus Andréam in sacerdotem sibi. Quare stupore omnes repleti; electione rata confirmataque, Andream intuitum è latebris eruuerunt. Ante vero quam ad eum dignitatis gradum rapere tur; fama est, puerum,

H

illis

Creaturæ
Fesulanus;

illi, tota mente in cœlestibus verant, candida
ste asticissæ, hortatumque fuisse, ut constanti, &
lacri animo diuinæ voluntatis pareret decreto.

Virtutes ei⁹
eximiz in
Episcopatu-

Suscepit igitur anno ætatis suæ 58. episcopa
dignitate, tanta virtutum omnium excellentia, &
rissimas prioris vitæ suæ actiones superauit, vi-
cile appareret, quanti supremam illam anima-
curam faceret. Quid de eius commiseratione
pauperes, quid de pietate eius in populum refi-
ram? Nō modò affectos egestate videre, sed ne
dire quidem sine lachrymis poterat. Nemo ege-
tium vñquā ab eo sine eleemosyna recessit. Qui
etiam cūm annonæ summa penuria esset, & ege-
tium plurimi ad eum confluenter, ille cūm in
distributis omnibus, nihil quod erogaret, habe-
ret: iussit ministros arcam diligentius scrutari.
His autem ne micam quidem superesse responde-
tibus: Quin imò, inquit, confidite, & in pénuriam
uerentes panes adferre. Parent illi, & inuenient
non sine ingenti admiratione, in magno numero
panes Episcopo deferunt: quos ille pari alacrita-
tib[us] pauperibus distribuit.

Consueuerat vir Dei, qualibet quinta feria, i
memoriam Dominicæ humilitatis, pauperib[us]
pedes lauare. Accedit ut ex mendicis quidam, sim-
ila contentione huic officio resisteret. Cauan
autem ab Episcopo interrogatus respondit: Cro-
ra sua morbo in putredinem versa esse. Cui ep-
copus: Confide, inquit, fili, & aqua in peluum i
fusa, crura lauit, lota omni corruptionis vulneri
liberauit.

B. Virgo illi
obitum suū
degnunciat.

Et his quidem, alijsque præclaræ pieratis op-
ribus, ad septuagesimum primum annum perve-
niens, in nocte Nativitatis Domini, inter Missar[um]
solennia, obitus sui diem, manifesta visione e

Vng

Dominus
augentur
panes.

Sanat men-
dicis crura
putrefacta.

Virgine gloriofa intellexit. Anno igitur etatis sue
71. Episcopatus 12. ab incarnatione Domini anno
1373. octauo Idus Ianuarij, anima eius sanctissima
beatis spiritibus sociata est. Cuius egressum mi-
rabilis suavitatis odor comitabatur, lux circum-
fusa astantium oculos perstringebat: sacri corpo-
ris contactus, varios languores pellebat.

Miracula
post obitum.

Anno autem incarnationis Dominice 1440. Philippus
Eugenio 4. Pontifice Maximo, Philippus Maria
Mediolanensis Dux, Ecclesiae, Florentinisque
bellum intulit. Iamque multis circum oppidis
crudelem in modum deuastatis, ultimum penè
exitium Florentinis & Cardinalibus, qui cum Eu-
genio sumo Pontifice Florentiae erant, imminebat.
cum neq; mens neq; ratio quibus validissimis ho-
stiū viribus resisterent, suppeteret. Erat ciuiū ani-
mis ingens injectus metus. Omnes trepidare, fe-
stinare, armis diffidere, & suo quisque metu peri-
cula metiri. cum tota ferè ciuitas Andrea Corsini
miraculis excitata, singulari deuotionis studio ad
Ecclesiam Carmelitarum confluueret: & inter ca-
teros, adolescens quidam multis decorus virtuti-
bus aduenit. Cui tota mente diuinis rebus inten-
to, beatus Antistes apparuit, mandans ei ne tar-
daret Praefectis sua verba referre. Scito, inquit,
quod Deus Israel qui manu potenti, Pharao-
nis exercitum confregit, clarissimam vobis de ad-
uersarijs omnibus victoriam largietur. Adole-
scens ethi visione numinis vehementer exterri-
tus, audita praefectis nunciare non distulit. Illi de
pietate & ope antistitis confisi militem colli-
gunt: & parua manu, hostis exercitum bellicis re-
bus instructissimum, in effusam fugam compel-
lunt.

Andreas a-
dolescenti
cuidam in
templo ap-
paret, & vi-
ctoria pre-
dicit.

Florentini
exdunt Me-
diolanenses

Moccam felici belli eventu, ciuitas à præsentē
H a inter-

VITA S. ERMENOLDI

Festum S.
Andreas in
situatur
Florentiae.

internectionis periculo erepta, ingentes Deo-
tias agere, antistitis sanctitatem virtute inque la-
dere, manus in celum tollere, vota nuncupare,
omnibus modis apud summum Pont. Eugenio
instare, ut Andreas, in Diuorum numerum relata
caelestes honores decernat. Eugenius tametsi
antè satis superque, insignem viri sanctitatem
pertam haberet, rumoribus tamen nouis per-
tus, nihil ultra differendum ratus, eximijs pri-
sancti viri virtutibus egregia oratione explicita
libens Florentinis annuit, & in caelum numerum
collocatum, pia voce inuocauit.

DE EPIPHANIA DOMINI: EX R.
Friderico Nauseo Antif. Viennensi.

6. Ianuarij.

VANTA sit solennitas huius diei vel
primis festi, in ipsius quo appellatur nomi-
ne patescit. Siquidem eius nomen est Ep-
iphania Domini, id est, Apparitio Domini nos-
sulatoeis; vnde & hic appellari cepit, haud quid
ab una apparitione tantum, sed trina. Quandoq-
dem ut à maioribus nostris, qui nos præcesseran-
tibus accepimus, hodie tres aguntur Domini appariti-
ones, vna quidē die, sed non uno tantum tempore.
Et quibus modo huic, Christus Dei Maximus filius
idemq; vnic⁹ noster apud illum mediator apparuit
verusq; Deus innotuit, & quidē valde mirabiliter.
I. Apparitio
Tertullian⁹
lib. adu. lu-
dōs.
Theophyla-
ctus in Mat-
thēm 2.
S. Leo fer. 1.
3 5 de Epi-
phan. & la-
tius C. Baro.
Tom. I. Ann.

Hodie namq; parvulus Rex noster, paucis à m-
tiuitate, ut portè 13. diebus transactis, stella declara-
te, primitijs gentium apparuit, tribus quippe Ma-
gis, iisdemq; Regibus. Qui ab Oriente venient
Bethlehem, procidentes adorauerunt eū, & ap-
peditis thesauris, iuxta Prophetæ oraculum, ei munere
obrulerunt, Aurum Thus & Myrrham. Non vici
casu, sed in magno mysterio, & testimonio fidei